Sensibus intende et legis praecepta revolve, subiaceat saxis
moechus sine crimine vulgi, Mitior ecce ducis fulgit sen
tentia nostri, Omne nefas hominum sub gratia porserenteq.
Quid tardas iuvenis tantis te subdere donis, Obsecra cle
mentem sedulus inter cetera regem, Toxica rumpe tuae citius quoque
vincula mentis. teque deo totum promptus cum viribus offer, suscipit al
mivolus lacrimas flumina Christus, tristem tuum pectus vultum
pallescere cernit, Aspice terribilis regnantis in agmine
iudex. Omnium . advenit et condigna rependere gestis,
Rigida quemque suis stringit sententia facta, Nec patitur innata natus
nec et in patris audet, angelicis caelo turmis stipatur ab alto,
Cum venerit iudex agnos discernere ab hedis. Tec insigne decus por
tat laurata virago, quae maculis corpus proprium haut polluit
ullis. sola deum requirit Christum quocumque recurrit, perpetuis gau
det donis sine fine beata, Murice puniceo vestis depingitur
ista; Et varias specie fulget tua lampade comta; Corporis exiguitas sed tenere nol,
Cernite nunc almus revelat quo conditor ima;
pectora mortifero casu conpraerra valore;
Cernite perspicuum redentem in culmine regem;
quem diligunt inter quem sonter iure verentur
Est mihi discipulus nonnullo nexus amore;
qui bibulas adhibere solet doctoribus aures.
hauriat ut sitiens caelestis dicta sophiae
quem precor ut faciat divina verba sequatur.
Scripturae sensumque suum perfectio vitae
Demonstret precibusque deo dominoque profusis
Exoret lugens sibi crimina ~~fugat~~ cuncta remitti
eius ut ad cathroni faciem speciemque tueri
Spiritu aeternum valeat sine fine beatus
meque deo precibus commendet sedulus oro

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BnF Bibliothèque nationale de France
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bibliothèque nationale de France / gallica.bnf.fr
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bnf_lat16668/0048